

Prima ex additione, } Diuersitas ex additione, vt albedo, nigredo, & similia in persona arguit diuersitatem, & compositionem, ideo nulla est simplicitas.

Secunda ex origine. } Diuersitas vero ex origine vt quando vna persona originatur, & emanat ab altera, & hoc modo non arguit diuersitatem: R 6, quia est eadem natura ingenito, & generate. Est solum distinctio modi habendi eam, & hic non facit compositionem: Hic ordo est in Diuinis, ergo.

Ad secundum dicitur, quod numerus est duplex.

Alter in quo plus est in duobus, & tribus, quam in vno tantum, & numerus iste arguit compositionem.

Alter est numerus in quo tantum est in vno, quam in duobus & tribus, & iste numerus arguit simplicitatem non multitudinem, nec compositionem, hoc modo dicimus esse in Diuinis. Nam essentia est eadem in se, & in tribus personis. Ideo nec multiplicatur, nec dicit compositionem.

Ad 3, vbi consti. & consti. ibi diuersitas, & compo. R. q. proprietates constitutus tripliciter sumitur.

Primo modo respectu subiecti, } Si proprietates differ respectu subiecti, quia causatur a diuersis naturis in subiecto, vt risibile respectu hominis d. compositionem

Secundo modo respectu sui, } quia sunt duae substantiae diuersae componentes subiectum.

Tertio modo respectu obiecti. } Si sumatur respectu sui, vt musica, perspectiua, & lustrina respectu Geometrie, Rhetoris, & Iusquini, sic dico q. cum sit accidens dicit pluralitatem, & compositionem.

Si vero sumatur respectu obiecti quatenus obiectum comparatur pluribus, hoc modo non facit diuersitatem nisi relatiuam, & non tollitur simplicitas. Hoc patet in puncto, qui est principium, & finis respectu eiusdem lineae simplicissimae. Sic proprietates paternitatis & filiationis, sine compositione.

Ad vltimum, Dantur praedicata diuersa, ergo compo. R. Multa sunt voce non autem, re est fallacia æquiuo. Hæc sufficiant. In sequenti explicabo tertiam partem in qua probat q. nulla creatura sit simplex.

LECTIO VIGESIMANONA.

In qua probatur, quod rationes formales sex primorum praedicamentorum conueniunt Deo. Pro huiusmodi intelligentia scire oportet, vt clarissimum est, quod praedicamenta sunt decem, videlicet.

Ex Doct. D. S. q. 1.

Substantia, } Passio, } Substantia dicit rei substantiam, } Passio, effectum,
Quantitas, } Quando, } Quantitas magnitudinem, } Quando, tempus,
Qualitas, } Positio, } Qualitas affectionem, } Vbi, locum,
Relatio, } Vbi & } Relatio dependentiam, } Positio, ordinem partium, &
Actio, } Habere. } Actio virtutem. } Hæc adiacentia reu in corpore.

Stante hac explicatione. Doctor quatit. An rationes formales praedicamentorum sint in Deo? R. Doctor N. dicit q. non omnes rationes praedicamentales formales sunt in Deo, sed tantum sunt sex, primae rationes formales, videlicet, Ratio formalis substantiae, quanti, qualis, Relatiui, actiui, & passiu. R. reddit rationem in calce secundar. inquit. Quatuor praedicamenta extrema sunt tantummodo determinata ad corporalia, secundum rationes suas formales, ergo nullo pacto possunt applicari Deo cum sit spiritalis, incorporeus, & purissimus actus. Probo antecedens. Nam certum est, quod.

Rationes formales praedicamentorum sunt in Deo.

Vbi, dicit circumscriptionem corporis locati, } Quando dicit mensuram rei, & motus corporum, }  
Positio dicit situm partium respectu totius, & } Habere, dicit indumenta corporalia: }  
Hoc fit aut stando, aut sedendo, aut iacendo. } At Deus Optimus Maximus, cum sit incorporeus, }

erit ab ijs omnino seunctus, & separatus, ergo.

Quo vero ad alia sex prima probat multis rationibus ex quibus has collegi. Et primo sciendum est, q. in vnoquoque praedicamento sunt duo consideranda respectu Dei.

In sexuul: praedicamentis duo sunt consideranda.

Alterum dicit perfectionem, } Quod dicit imperfectionem nullo modo Deo est ascribendum, }  
Alterum dicit imperfectionem. } Quod vero dicit perfectionem Deo est attribuendum. }

Quae dicunt imperfectionem in praedicamento sunt ista, videlicet.  
Accidens, } Finitas, } Vniuersale, } Inhærentia, Diffi. compositio, Idcirco in Deo.  
Corporeum, } Genus, } Superius, } Non est accidens, cum sit substantia simplicissima.  
Limitatio, } Species, } Inferius, } Non corporeitas, quia Spiritus incircumscripibilis.

Non limitatus, quia infinitus.  
Non genus, quia est actus purissimus.  
Non species, quia ab alio non continetur.  
Non vniuersale, quia non potest esse abstractio a ratione.

Ratio est clarissima. Quoniam ista omnia arguit imperfectionem idcirco nullo, mo possunt esse in Deo. Idcirco obseruandum est, quod necesse est remouere, purgare, & depurare omnem imperfectionem omnem finitudinem, limitationemque, a rationibus praedicamentorum alioquin maximis in errores Noster intellectus profueret.

Hinc vt clarius rem patefaciam notabo rationes formales praedicamentorum primorum, videlicet.  
Substantia, } Qualis, } Actionis & } Vt positus esse } Ratio formalis, }  
Quanti, } Relationis. } Passionis. } Iudices veri. } Substantia dicitur esse }  
Substantia, } Substantia non habet rationem formalem ab eo, quod accidetibus subfi }  
Quanti magnitudo, } stat, quia hoc est extrinsecum, & ratio formalis non desumitur ab }  
Qualis denominatio, } extrinsecu, sed ab intrinsecu: Non ab eo, quod accidit sed ab eo quo }  
Relationis habitudo, } est. Nam ratio formalis est abesse absolutu, esse absolutum est esse per }  
Actionis productio, & } se, esse per se, est vere, proprie, & maxime, subsistere, sed subsistere non }  
Passionis productum esse, } est accidens, sed substantia. }  
Nam inquit Doctor } Hoc autem Deo principaliter conuenit, cum sit a se, in se, & per se. }  
Ideo

2. Arbi.